

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

Crantz, Heinrich Johann Nepomuk

[Wien], 1765

II. Deterg. Irritantia.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10196

II. DETERG. IRRITANTIA.

Irritantia tum ulceribus immittuntur, dum a prioribus non satis excitata natura, mortuarum a vivis separationem fibrarum efficere haud potuit, hinc ulcus mundatum non fuit. Acriori itaque stimulo opus. Et quidem praeter balsama priora, quae minuta solum pinguitum quantitate, etiam digerentia irritantia sunt, formae lavamenti inserviunt

EX REGNO AQUEO.

Aquae minerales salinae, & sulphureae, quae diversis in regionibus variae nobis sunt:

Aquae Egranæ	} in lotione,
Carolinæ	
Badenses	

Formae huic, vel alteri, unguenti nempe, famulantur

EX REGNO VEGETABILI.

Antiscorbuticae, omnes acres plantae.
 Persicaria urens.
 Ruta.
 Sabina.
 Scordium &c.

EX ANIMALI.

Urina vel simplex, vel virtute praecedentium dives.
 Bilis animalium.

EX

E X F O S S I L I.

Alumen, Etiam adstringens.

Sal Ammoniacum.

Borax.

Marinum.

} Mordacia.

Vitriolum, etiam adstringens.

O F F I C I N . S I M P L I C . C O M P O S I T A .

Mel

Saccharum.

} Leniora.

Sapo.

Tinctura

Aloes.

Myrrhæ.

Aqua phagadænica.

F O R T I S S I M A .

Alcalinorum salium lixivium.

Alumenustum.

Calx æris.

Viride æris.

Mercurius præcipitatus Ruber.

Sublimatus corrosivus.

Lapis infernalis.

Unguentum Ægyptiacum.

Quæ omnia variis inter se modis pro casus necessitate combinantur. Notandum, corrodentia hæc ultima, ulceri fordido rebeli, etiam fungosa carne luxurianti, tantum convenire, his novam inflammationem, & suppurationem moveri, esse igitur semper his deter-

gen-

gentia digestiva mollia superponenda, ut eo facilius eschara secedat.

III. DET. ANTIPUTREDINOS.

Sæpe etiam ex ulcere foetidus ichor manat, colore nigro lintea inficiuntur, instrumenta tinguntur; tum quæ putredini resistent, indicantur, LOUIS. Hæc vero multum variant pro indole & natura ulceris, a causa specifica exorti; ita in venereo semper mercurialia his adduntur, in scorbutico succus citri, gummi lacce tinctura aluminosa, spiritus salis marini, in cancroso vis cicutæ commiscetur, in serophuloso oxymel squiliticum, & alia, antiputredinosis balsamicis iunguntur.

Forma varia est.

EX SIMPLICIBUS.

Acetofellæ *Succus.*

Aurantiorum Acidorum.

Citri

Lemoniorum

Acetum.

Omphacium. *Simul adstringens.*

Tartarus, acidus, & salinus.

} *Succi.*

EX COMPOS. OFFICINALIBUS.

Acetum Rutaceum. *simul vulnerarium.*

Theriacale. *Stimulans.*

Mel Rosatum.

Crantz M.M. T. III.

M

Oxy-